

DEO DUCÈ

THEOLOGIAM NATURALEM

Ut

PRACTICAM

DISSERTATIONE HAC PHI-
LOSOPHICA

Cum Consenſu Amplissime Faculta-
tis Philosophicæ in Regia Uni-
versitate Aboënsi e honore

AD: SUB PRÆSIDIO ~~Maximiliani~~
ADMOD. REV. DOMINI

Mag. JOHANNIS
HAARTMAN

Phil. Theor. Profess. Reg. & Ordin.

Considerandam præponit
JOHANNES JOH. SALMENIUS
BOREA FINLANDUS.

In Auditorio Max. die D. V. 25 Maii 1728.
Horis ante-meridiem Solitis.

ABOÆ, Impr. R. A. Typ. E. Flodström.

S^æ R.^æ M.^{tis}

MAGNÆ FIDEI VIRO,
PERILLUSTR^I atq^z GENEROSISSIMO
DOMINO AC BARONI

OTTONI
REINHOLDO
ÜXKULL,

GENERALI MAJORI

Et per Provinciam Aboensem; nec
non Biörneburgensem &
Alandiæ Præfecturas

GIBERNATORI EXCELLENTISSIMO,
MÆCENATI SUMMO.

Allsibus ignoscas trepidis Celfissime Baro
Quod mea splendorem magno de Nomine vestri
Musa suis audet teneris his addere chartis.

N

Non equidem duxi Tua numina poscere parvi.
Sed mentem subeunt timidam tot plausra bono-
rum

Quæ tulerant in me manibus cumulata benignis:
Tot numero quæ sunt, quot nescit lingua profari
scribere nec verbi gracilis mea canula dignis.
Protantis gratan meritis ergo acci, e meritum,
Omibi præsidium qui fers & dulcia vita
Munera, & ingenii tenues hos fronte serena
Respice, quos debni Tibi rite sacrare, labores.
Cunctipotens Dominus, cæli terræq; Monarcha,
Temet in his terris seriem per quæso dierum
Longam conservet; numerosos addat & annos
Annis, quos omnes consumsit cura perennis:
Publica quo sic res firmo consistere talo
Sit potis. Operatis adjungat pondera Numen

Perillustis ac Generosissimi
Nominis Tui

Servus subjæctissimus

JOHANNES SALMENIUS.

SUMME REVERENDO atq;
CELEBERRIMO VIRO,
DOMINO
Mig. JONÆ FAHLENIO
Academiæ Aboënsis h.t. Rectori
Magnifico,
S.S. Theologiæ Professori Primario
PATRONO ac PROMOTORI
Pio observantiaæ Zelo Suspiciendo.

MAgnes Vestris Nominibus Ma-
plissime Domine Professor
Musarum cultores favore nixus
ptam minerva, non potui nec di-
numentum offerre, & sacram dico-
tatis, & humillima mei mearum
NOMINUM VE
MAGNIFICE DOMINE RECTORI

Humillim
JOHANNI

MAXIME REVERENDO atq;
AMPLISSIMO VIRO,

DOMINO

Mag. DANIELI JUSLENIO,
S. S. Theologiæ Professori
Ordinario,

PATRONO & PROMOTORI

Submisse colendo.

gnifice Domine Rector, & Am-
plissimoq; Vestro, quo amplectimini
dissertatiunculam hanc rudi conscri-
bui, in venerationis perpetua' mo-
re, cum appreicatione perennis felici-
fortunarum commendatione.

STRORIUM

& AMPLISS. DOMINE PROFESSOR,

Cultor

SALMENIUS.

Plur. Rever. atq; Praeclarissimo
V I R O,
D_N. C H R I S T I E R N O
G I S S E L K O R S,

Ecclesiarum, quæ in Limingo, Törnävää, Lumjoki, & Kembelä, Deo colliguntur, Pastori longe meritissimo, & multis mihi nominibus colendo.

VObis, Patrone, & Parens, Ca-
studiorumque meorum rudimenta,
prosequor, gratæ & venerabundæ,
multa in me collata beneficia, quæ
ardentissimo omnigenæ prosperita-
NOMINUM
Cultor & Filiu
JOHANNES

Den Wäl-Areborne och Högnåslachtade
H E R R E N,
H a n d e l s m a n n e n u t i Å b o /
H e r r H A N S S C H E L E,
M i n g u n s t i g e G h y n n a r e.

*plur. Rever. atq; Praclarissimo VIRO,
DOMINO,
MAG. JOHANNI
SALMENIO,*

Ecclesiæ Rimittoënsis Pastori Dignissimo, Parenti optimo, & omni filiali reverentia venerando, amando.

rissimi, hæc qualiacunque ingenii in testificationem mentis, qua Vos ob favorem prorsus singularem, & mihi contigere plane paterna, cum tis voto, offero & consecro.

VESTRORUM,


*ob servantissimus
SALMENIUS.*

Den Åreborne och Höggwållachtade
Handelsmannen uti Åbo/
Herr JACCHIM SCHÆFER,
Min synnerliga Gynnare.

Hör all den ynnest jag hos Er har
stād se funnit
Min' wärde Gynnare se'n jag Er wänstap
wunnit,
Jag tilstår det jag Er fast mera skyldig
blir,
Ån at förskylla det jag mig förmögen sî.
Doch at jag på mitt sätt mitt sinne må för-
klara
Mot Er, ty har jag thält det angelåget vara
Att dedicera Ehr mitt lilla Werck, det jag
Har endtlig vågat fram i liuset tee i dag.
Doch fast jag ej förmår Er god het wedergålla
Ej knapt med det som för's uhr Pactols rika
fålla,
Förmödar jag likväl för wärket wiljan
tags,
Doch at mitt ringa Werck, är Gynnare til-
lags.

Högwälachtade Herrar Handelsmåns

Hörsamste Zienare
JOH. SALMENIUS



I. N. J.

Quod homo in
nuda & etiota Crea-
toris contemplatione non acquie-
scat, sed insiliciu naturali ilte-
rius feratur , quivis facile a-
nimadvertere potest. Quam pri-
mum enim nos sentimus non met-
ad cognitionem DEI vel per vel
citra discursum mentis delatos ,
statim necesse est agnoscamus
in ea non subsistendum esse, sed
manu quasi deduci ad inquiren-
dum & observandum quæ ad
cultum ejus pertinent. Cogni-
A. tio

tio enim existentiæ DEI non potest non obligare nos, ad cultum Deo, quo dignus, habendum. Cognitionem autem cultus sequitur; est enim prius Deum cognoscere, consequens colere. Utrumque vero Theologia naturalis etiam in se continebit, & rectam de DEO cognitionem, & rectum in DEum cultum. Prius presupponimus, nec de ejus probatione jam sumus solliciti, cum de hoc conveniat inter omnes. Posterius quod scilicet Theologia naturalis praxin requirat; h.e. cultum Deo debitum atq; convenientem probare nostri jam erit instituti. Prius ad intellec-
tum pertinet, cuius munus est discere, quæ de Deo cognoscenda habemus; posterius ad voluntatem, cuius est exhibere Deo cultum, qualem recta ratio illi præcipit, qui est DEUS indepen-

pendens, infinitus, justus, Sanctus,
Creator, Conservator & Guber-
nator totius hujus universi &c.
Interea per tuum B. L. favorem
obnixe petimus, ut benevole hos
conatus nostros interpretari di-
gneris.

CAP. I.

§. I.

UT Theologia naturalis vi
vocis indigitat sermonem
seu doctrinam de DEO, ex princi-
piis rationis haustam; ita ex usu
vox λόγος in compositione innu-
it cognitionem habitualem, cui re-
ste observat Job. Ana. Schmidt (a). Quæ
cum hic consideretur nobis qualis
esse debeat, non qualis esse soluat,
hoc est in abstracto, non in concreto,
requirit ex se & sua natura ut con-

A 2

fidei.

(a) Theol. nat. p. m. 18.

fideretur, ut practica. Nihil enim est quod vel in Theologia naturali dici possit, quod non sit practicum vel ad practicas circa Deum conclusiones inferendas non conducat. Illud probare pluribus rationibus possemus: verum sufficiat fortassis attendisse, (N) quod in sola objec*ti* sui cognitione non subsistat, sed aliquid agendum vel omittendum ultimo præscribat. Scientiæ speculati*væ* circa rem in se spectatam versantes, satiant hominis appetitum cognitione rei nuda. Theologia vero naturalis non satiat cognitione DEI nuda, sed quo plenius cognoscit, ei majori fruendi desiderio tenetur appetitus, ita ut ejus perfectiones cognitæ ex parte intellectus sint ratio cognoscendi media, quibus ad ejus fruitionem perveniendum sit, & ex parte voluntatis appetitum ad operationem dirigat, per conclusiones practicas. Ut bene argumentatur Schmidt (b). Dicitur ergo practica a fine

(c)

(b) In Theol. nat. p. 22.

(c) cum post objecti contemplationem tendat ad praxin, in hac conclusiones simpliciter practicas, in illa virtualiter tales tradens. Nam cum Deus duobus modis ex lumine naturae considerari possit. Uno absolute, quatenus est ens a materia sensibili realiter abstractum; altero respecti-
ve, quatenus est hominis finis sim-
pliciter ultimus & summa felicitas,
necessum erit, si plenam de Deo tra-
ditionem Theologus naturalis suscipere
voluerit, eam ad instar practicae sci-
entiae docere.

CAP. II.

§. I.

Quod Theologia naturalis veniat consideranda, ut practica, inde (2) patet quod *Dei absentia*, & *perfectiones essentiales*, in o-
ctiam actiones ejus contineant in se
A 3 radio-

(c) idem p. m. 21.

radicaliter regulam rectæ operationis id est conclusiones formaliter practicas ut saepe nominatus Schmidt (d), Cujus vero disciplinæ est considerare silentiam Dei, ejusque perfectiones tunc attributa, ejus etiam est elicere inde suas conclusiones formaliter practicas. Posito enim uno non potest non sequi alterum. Examiniens (i:o) independentiam Dei, qua (a) significamus, quod non sit ab alio, vel ratione principii, vel ratione essentiae, vel ratione attributi atque actionis alicujus, vel tandem ratione finis. Deinde (b) indigitamus quod sit a se ipso. Ea enim est ratio terminorum negativorum de Deo, ut non tantum negent, sed juxta aliquid ponant. Latet ergo sub conceptu hoc negativo virtualis positio aseitas, ut cum scholasticis loquitur Hilligerus (e) quod scilicet sit a se ipso. Agnoscimus denique (c) nostram a Deo independen-

(d) T. n. p. m. 22, (e) Instit. Pneum. Ecclesiast. part. S. 2. p. 48.

dente per omnia dependentiam ve-
neratione & cultu ut par est. Re-
spectu enim nostri qui vivimus,
movemur & sumus ab illo hoc di-
citur, quod sit independens. Hinc
quis non videt, quod sub hoc con-
ceptu Dei quidditativo contineatur
quoad nos positio practica, quod
scilicet sit agnoscendus & colendus
ut independens.

§. II.

Progrediamur jam (II:do) ad per-
fectiones sive attributa Dei essen-
tialia consideranda, & videbimus o-
mnino has etiam inferre praxin.
Annon e summa & *infinita* Dei per-
fessione, illa resultet dignitas sive
jus in hac ipsa positum, juxta quod
sentimus nos teneri per rei natu-
ram ad summam Dei venerationem,
summumque illi honorem exhiben-
dum. *Hec enim nobis impressa est*
idea, sive conceptus practicus, ut quo
perfectius quid est, eo magis vene-
rari

rari & estimare nos debere sentiamus; alia enim habitudo animi creature rationalis huic perfectioni hanc conveniens est: ceu docet Ceteb. Dn Michael Fortschius (f). Sic ex ipsa justitia Dei resultat illa dignitas, secundum quam dignus est, ut cum summo veneremur honore, quia summe justus. Quo autem certior de Deo & perfectionibus ejus sensus colligitur, eo dignior ipsi quoque debetur cultus. Hilligerus. (g) Quicunque ergo ita justus est, ut justitiam exercat, scelera vindicet, is profecto timendus, neque peccatis lacescendus; Deus vero est justus, qui & nobis leges naturae nostrae convenientes praescribit, & peccata severe puniit: ergo timendus. Deus enim non potest negare seipsum, hoc est ut peccatum contra regulam justitiae maneat impunitum, ergo voluntas ejus exprimenda, qui

præ-

(f) in de rerum cond. primo oblig. erga
Deum indice p. m. 35.

(g) instit. pneum. Ecclect. part. spec. sect.
1. Cap. 5.

præcepit bona agenda, mala vero omittenda esse; odit enim Deus pro justitia quæ ei inest essentialis omnes operantes iniquitatem ('). *E bonitate Dei & quod summum est bonum,* resultat ea dignitas, secundum quam amari debet. Non enim potest non amari & diligi, quod bonum est. Cum vero ipse rerum conditor hanc conditionem creaturæ rationali impresserit ut non possit non id amare, quod bonum est, constat & naturæ & voluntati Dei adversari, qui secus ageret. Quicunque ergo summe bonus & finaliter & efficienter, ille super omnia diligendus, Deus est bonus præter bonitatem absolutam etiam respectiva, secundum habitudinem caussæ finalis & efficientis, id est ultimum seu summum est bonum; idque infinitum in quod omnia feruntur, & a quo omnia bona: ergo super omnia diligendus.

Præ-

(b) *Conf. And. Schmidt Theol. pos. part. 3.*

§. 16. memb. 1. § 2.

Præterea etiam novimus animam non
acquiescere vili & proletario bono,
sed summo & infinito bono inhia-
re , cuius desiderium animæ ines-
se ex eo facile colligitur , quoni-
am eodem æque omnes instigantur,
quod oportet sit a causa efficiente
prima, quæ non dedit hoc deside-
rium frustra , sequitur Deum hoc
ipso quod dedit hoc desiderium, vo-
luisse & cognosci ex natura & co-
li. Unde ergo hic cultus nisi ex
Theologia naturali , quæ præcipit
mihi supremum Numen debere co-
li : virtutem esse sectandam : sce-
lera evitanda : esse præmium vel
pœnam post hanc vitam. Repugnat
enim bonitati & justitiæ Dei (de
qua ante dictum) bonis male, ma-
lis bene semper fieri ; restare ita-
que aliam vitam , ubi hæc omnia
ad æquitatem revocentur , & sua
cuique merces tribuatur. *E summa*
veracitate Dei resultat dignitas , se-
cundum quam DEus est dignus , ut
summa ipsi fides haberi debeat. Quid
autem

autem fides nisi fiducia animi in Deum, quæ conficit maximam partem cultus Divini. *Qui (i) est summe verax in dicendo, nec falli nec fallere potest, ei fides adhibenda;* Deus est ipsa veritas, & vi sue sanctitatis nec fallere, nec vi omniscientiae falli potest: ergo ejus dictis & promissis sine hesitatione subscribendum. Deus est summe misericors ergo in eo considendum & ad eum recurrendum sub certissima auxilii impetrandi fiducia. Deus est expers materiæ hoc est spiritu-alis, ergo colendus est cultu proportionato naturæ ejus, hoc est: spirituali.

§. III.

Muneris nostri partes impleturi, ordinis ratione exigente, devolvimur (III:o) ad perpendenda opera Divina, ex iis demonstraturi

Theo-

(i) Schmidt Theol. nat. p. 144.

Theologiam naturalem involvere
praxin. Per opera sua, speciatim
per creationem DEus jus habet in
creaturas: sola enim Creatio pri-
mum illud est, per quod homo in
totum quicquid est, potest, valet,
agit, Dei est; atque adeo ad ejus
voluntatem ita se componere tene-
tur, ut dum agnoscit suam in es-
fendo a Deo dependentiam, simul
eam in agendo deprehendat sentiat
que; se detrectando obsequia &
obedientiam DEo præstandam deme-
re Deo quod suum est: obsequia
vero devovendo, reddere Deo quod
suum est. Recte ergo *Hulsemann*
primum fundamentum obligans cre-
aturam rationalem ad colendum
DEum eique obediendum *statuit crea-
tionem.* Ex ipsa rei natura veritas
facile elucescit, nam cum nihil ante
hunc conceptum excogitari aut
in DEo considerari queat quod nos
DEo tanquam Domino ut servos
actu subjiciat, Et vero creatio sit
prima DEi actio ad extra, per
quam

quam homo extra nihil ponitur,
 Deoque certo subjicitur ut servus,
 nullum omnino dubium esse potest,
 primum obligationis nostræ funda-
 mentum esse creationem. Cui asser-
 tioni ut sua constet veritas, de-
 monstratum ibimus. DEus chara-
 ctere creationis seu fundamentali
 respectu cultus & subjectionis inno-
 tescere voluit. Hic enim est crea-
 tor cœli & terræ: hunc & non ali-
 um: hunc inquam creatorem re-
 rum, tanquam Dominum, cui of-
 ficia reverentiae & timoris exhibere
 debemus, agnoscere par est; &
 sic fundato dominio in creatione
 universali, speciale cultus Divini
 argumentum subnectimus e creatione
 hominum, fecit enim DEus ex
 uno sanguine omne genus humanum.
 Ergo per hoc, quod facti sint a Deo
 homines, obstringuntur iidem ad
 ipsum colendum tanquam Domi-
 num, Creatio (^k) enim & cul-
 tus

(k) Crebro contemplare hoc universum, i-
 mo te ipsum, & cognosces Deum effectus
 enim arguit causam Schmidt p. 143.

tus Dei tanquam Domini induit
nexu cohærent. Hinc etiam Paulus
subindicit tam claram observationem
Divini dominii super nos, ex crea-
tione hauriri posse, ut quasi cor-
pus quoddam in creaturis palpari
& contrectari queat. (1) Hic denuo a-
nimadvertisimus quomodo Creatio o-
stendat Theologiam naturalem su-
natura ad praxin tendere; non e-
nim in nuda contemplatione subsi-
dit homo, quod scilicet sciat DE-
um se creasse, sed ulterius progre-
ditur, quod nempe illi Creatori
suo glorificationem & gratitudinem
debitam præstare teneatur. A quo
enim quicquid est virium agendi ha-
bet & accepit, ad ejus voluntatem
sine dubio componere omnes sus
actiones tenetur. Ejus tanquam Do-
mini totus est, unde & quoad esse,
& quoad vires atque actus dependet;
poterat enim Deus & esse, & agen-
di vires non dare, & datas rursus
destruere. Huc pertinet illud Basili-

līi (m) et si DEum ex bonitate non agnosceremus, ob id solum quod ab ipso facti sumus, diligere & amare excellenter debemus, & ex memoria ipsius perpetuo pendere, veluti ex matribus infantes. Præterea quoque me frustra non factum esse natura quoque edoceor, ut forte otiosus contemplator hujus mundi existerem, sed Creatorem certum intendisse finem, gloriam nempe suam: gloria vero ejus absolvitur cognitione, cultu, obsequio, amore Creatoris. Si ergo Deus gloriam in me creando intenderit suam, sequitur eum notitiam sui non frustra impressisse, ut sola contemplatione acquiesceret: sed ut ad praxin duceret, quæ omnino requiritur ad finem illum a DEo intentum assequendum; non enim gloria Dei promovetur otiosa & nemini ita profutura speculacione: sed cultu & reverentia; gloria Dei est finis ultimus, ergo semper respicienda. Hinc evidentissime patet

Theo-

(m) *Quæst. p. m. 12.*

Theologiam naturalem esse, propter ultimum suum scopum, practicam.

§. IV.

Stabilita sic thesi nostra ex Creatione ordinis ratio exigit, ut d. volvamus ad caput conservationis & gubernationis. DEum curam agere eorum omnium quæ condidit, nemo negaverit, nisi qui cum Epicuro & stultis quibusdam Deistis DEum mundi negligentem fingere velit; Cur mundum extueret talis opifex opus suum contemnens? notari merentur hanc in rem verba Aepini (n) *Ipsa Creaturarum conditio conservationem postulat. Sicuti enim esse suum habent per influxum Dei, ita nec conservari nisi per eundem influxum poterunt.* Theologus naturalis ad actum conservationis pedem movens, invenit rursus novam sibi obligationem incumbere

(n) vide sequentia apud Aepinum Theonat, part. I. sect. I. Cap. 10.

re (o) hoc modo ratiocinando : Deus dedit mihi vitam , n agnum sane beneficium , dum effecit , ut ex nihilo aliquid esset , aque magnum est illud , dum naturam meam in agendo sustentat , meque qui aptus sum ut relaberer in pristinum nihil , ad certum tempus in communicato esse conservat , ergo cultu prosequendus , actibus internis animæ & externis corporis venerandus , meditatione beneficiorum Divinorum inenarrabilium mihi collatorum , amore , reverentia , obsequio , honor , timore a me colendus ; submissionem meam testatam reddam precibus , invocatione , & celebratione nominis ejus , gratiarum actione pro beneficiis . Hinc enascitur tale argumentum in forma . Quicunque me tantis affecit beneficiis , & etiamnum hodie mei cura tangitur , ille

B

a

(o) *Quid conservatio sit vide ex Hebreo Thes. pos.*

a me timendus, diligendus. Atque DEus. Ergo. Et maiorem & minorem sua radiare luce putaverunt. Manet ergo DEus Theologo naturali centrum, ad quod actiones tanquam lineam rectam tendere debent; in ejus laudem omnia dicta & facta dirigenda esse novit, qui omnibus esse suum dedit, qui omnes in esse suo conservat (p), suo in fluxu moderatur, dirigit. Sic procedit argumentatio e capite conservationis ducta, quæ satis superque ostendit Theologiam naturalem unde hanc cognitionem hauimus sua natura ad praxin tendere.

CAP. III.

§. I.

Si (c) Theologia naturalis non involveret praxin, sed in nu-

da

(p) *Pro vita conservatione debita Deo agentiae sunt gratiae, jam dudum euim saniorum firmavit consensus, beneficiis si nihil aliud saltem gratias reponendas est.*
Schmidt p. 14.

da persisteret cognitione Dei, et a ratione Paulus incusare potuisset Gentiles, quod veritatem in iustitia detinuerint, nec factis eum glorificaverint, nec verbis gratias egerint &c. (q). Quo pacto dicere queas cognitionem, quam per naturæ vires, hujusmodi hauserunt de Deo, sibiæ acquisiverunt, fuisse ipsis manudictionem quandam ad Ecclesiam. De qua passim Theologi? quo fundamento hi ipsi constituantur *avantologisti*. ibidem?

§. II.

Annon exemplis Gentilium, qui sibi relieti, præterquam naturæ convenienter viverent, etiam prævio naturæ lumine in id præcipue incubuere, ut pietate & sanctitate Deos sibi placarent, edocemur Theologiam naturalem ipsis fuisse, practicam. Prodeat Plinius qui panegyricum suum creditur hoc genere

B 2

cul-

(q) ad Rom. 1:18, 21. seq.

cultus Divini: Bene ac sapienter Pa-
tres Conscripti majores instituerunt,
ut rerum agendarum, ita dicendi
initium a precationibus capere; quod
nihil rite, nihilque providenter ho-
mines sine Deorum immortalium o-
pe, consilio, honore auspicarentur.
Annon hæc animi devotio ex Theo-
logia ejus resultabat naturali? an-
non hæc præparatio per preces fa-
cta est species cultus Divini? an-
non præter cognitionem prodit in-
ternos ejus motus pios animæ &
externam devotionem his motibus
respondentem? Huic succenturia-
tum volumus Platonem dicentem.
Grave esset, si Deus ad donaria &
sacrificia nostra respiceret potius quam
ad animum, utrum justus sanctus
sit, ad quem equidem Deum arbi-
tror multo magis attendere quam
ad multos sumptus pompas atq; sacra.
Approbat hic equidem Plato cul-
tum externum in sensus hominum
incurrentem, sed illi longe ante-
fert

fert internum illum, qui intra hominis animum peragitur, extensis signis se non prodentem; sicutq; ductu luminis animadvertisit Deo exterum deberi reverentiam & cultum nempe internum. Ipse Aristoteles in agone mortis constitutus, quid intendit hoc suo: *ens entium miserere mei!* Nempe cum extrema sibi ingruere persensisset, dolore ac spe in lacrimas profusus, primæ causæ & entis entium misericordiam ardenter imploravit (r). Hoc suam Theologiam naturalem demonstrans practicam. Plura ejusmodi exempla qui expetit, pervolvat *Hieroclis aureum* commentarium in aurea Pythagoræ carmina, nullo non pretio aestimandum judice Boeclero (s). item Epicteti, nec non Ciceronis, Senecæ, aliorumque gentilium scripta, qui Theologiam suam naturalem demonstrarunt practicam.

CAP.

(r) *Mejeri pneum.* p. m. 490.(s) *In Bibliogr.* p. m. 143,

CAP. IV.

§. I.

Verum enimvero *anno* Theo-
logia hæc naturalis, cum pra-
xin requirat, & ad practica se ex-
tendat, imo intendat felicitatem
æternam etiam post hanc vitam,
sit sufficiens ad salutem? quærat quis-
piam: Cui statim respondemus,
quod Theologia naturalis, ut ut-
lit practica, & praxin requirat, in
puncto tamen placandi Deum & ob-
tinendi æternam salutem insuffici-
entiam suam imprimit fateri habe-
at necesse. Neque enim de Deo ut
Trino, de Christo ut mediatore u-
nico, de fide ut medio, quidquam
novimus ex Theologia naturali;
Etiam si vero pro præsenti homi-
num conditione Theologus natura-
lis actu non consequatur salutem,
natura tamen sua illum intendit fi-
nem. Disting: ergo inter finem
intentum & finem obtentum. Li-

te Theologia naturalis finem suum non introducat, tamen introducere conatur; ut recte docet etiam Musæus. Reliquum est, ut, quoad alia distinguamus inter cognitionem distinctam & confusam, perfectam & imperfectam, qualem esse operet, & qualem esse contingit. Non prius sed posterius urgamus.

§. II.

Antequam vero huic labori colophonem imponamus, restat quæstio, ubi de cultu Dei agendum, nobis discutienda. Hebenstreitius pro hypothesis sua videtur statuere translationem cultus Divini stricte pertinere ad philosophiam moralēm; rationem addit, quoniam illius sit judicare de actione intrinsece honesta, & prescribere actus quibus Deus recte colitur. Quæ afferatio non potuit non fluere ex distinctione quam adhibuit inter Theo-

logiam naturalem: theoreticam & practicam. illam, partem esse metaphysices, hanc ad philosophiam moralēm pertinere quasi innuens. Verum cum hæc distinctio non exhauriat latifundium Theologiae naturalis, & alio modo ferri ad cultum Deo debitum instituat Theologus naturalis atque philosophus moralis; ergo ibi, ubi non tantum essentia & perfectiones Dei, ope raque Divina considerantur, verum etiam ultimo intenditur praxis, etiam de cultu Dei agendum (r). Non negamus philosophiam moralēm præcipere de officijs erga Deum, sed diverso modo atque fine hoc fieri diversoque ex principio comprehendimus. Finis officiorum erga Deum ex jure naturæ deductorum

ex

(r) Pufend. *Doctrina naturalis de cultu natu ralium velut sedem in disciplina juris na turalis non sortitur, adeoque non est pars philosophiae moralis, sed consuetarium de doctrina naturalis de Deo.*

ex eo aestimari adverimus, quod praestet ultimum & firmissimum vinculum ineundae & conservandae societatis. Ea autem deducuntur ex primo iuris naturalis principio socialitate. Theologia vero naturalis intendit beatitudinem aeternam, & ex ipsis visceribus Theologiæ naturalis petit principia. Ut jam prætermittamus cognitionem, quæ est inter has disciplinas; quodque nos heic consideraverimus Theologiam naturalem totaliter sumtam, prout omnem scientiam de Deo includit, non tantum ratione essentiæ & attributorum, operumque Divinorum, sed & ratione cultus. qua in re nobiscum consentiunt Philosophorum perplurimi, Gezelius, Mejerus, Musæus, Joh. And. Schmidt, aliique. Neque enim potest alia disciplina philosophica commode assignari, quæ hac ratione hoc objectum tractet. Et si ejus est agere de DEI essentia & essentialibus perfectionibus, ergo etiam de eodem ager

ut

ut summo bono quod intendit. Ut rationes quas ante adduximus plures, iam prætereamus. Cujus hanc ex ipso Hebenstreitio (4) paucilli mutatis subjungi[n]us definitionem. *Theologia naturalis* totaliter sumta est *scientia practica*, que ex essentia & perfectionibus essentialibus, actionibusque Dei, quas ductu luminis naturæ considerat, homini viatori cultum Deo debitum prescribit consequenda in Deo beatitudinis gratia, quam intendit.

SOLI DEO GLORIA.

(4) Ex *Theol. nat.* p. m. 44.



In
Virum Juvenem,
Morum concinnitate & literaram glo-
ria Maxime commendabilem,
Dn. JOHANNEM SALMENIUM,
Dum eruditam & eleganter ederet

De

**THEOLOGIA NATURALI
PRACTICA**
Dissertationem.

Vincere desidias turpes, & mar-
cida luxu
Otia, stertentesq; animas sub syr-
mate noctis
Temnere, quas venter, saliensq; li-
bidinis æstus
Possidet, & dirum Sardois fascinat
herbis ;
Ast ex adverso, semper sudare per
artes
Palladias, quantum est, Patrum spes
atq; voluptas
Sal-

SALMENI! monstrat tua Disserta-
tio doctis
Æstimata viris. Pulchris hinc gra-
tulor ausis.
Perge bonis avibus, quo te via di-
cit honoris.
Quo gressu meliore rapit te flam-
ma sciendi!
Perge (nec invideo) Frater! tibi
prospera lætus
Vota dabo, ventisq; afflabo vela se-
cundis!
I! tua, quo Probitas, Studium
Pietasq; Fidesq;
Monstrat iter, Colles, Sophies, lau-
retaq; Phœbi
Visere festina! Musæ sua præmia
laude
Digna dabunt, mollique intexent
tempora myrto.

*Sinceros declaravit
affectus*

I. E.

אֶל אָפָן חַמְשֵׁל הַקְרָמָנִים אֲוֹנוּ
 רַעַח רַלְקָח יִשְׁנֵנו וַיְמִיחַנְיִקְצָרִים מֵאַ
 מָאַר כִּי מָה חִינֵּי לֹלָא קִיטּוֹר הוּא
 וְאֵישׁ נָבוֹל אָמֵל לְמַוְאַל טוֹרָה יְ
 כְּחֻוג אָשָׁו אָנֵן אָפָס לוֹ אֲךָ אַתָּה
 אֲדוֹתָה הַמְשִׁיב בְּכָל יוֹם אֶזְנָה
 הַזְּכָרוֹת אֲשֶׁר בְּתִירֹא וְתִמְיָר שְׁקָדָה
 וְתִטְרוֹד עַל לְהָגָתָה לְמַעַן לְ
 תִּחְשַׁב מִילָּר אֶל הַשְּׁקָט וּמִנְחָה
 וְלֹא בְּחִוָּשׁ תְּחִיה כְּכָעִירִים וּבְחִמּוֹת וּמִ
 טִיחָה אֲשֶׁר אֶל הַזְּמָן גַּתְתָּ אָנֵן
 מְלָאָכָרָה לְמַוְהָה וּבְתְּחִיה אֲשֶׁר עָ
 דָּעַת אֶל כְּתָבָת בָּאָשֶׁר עָרָה מִ
 רֵי תְּוֹנוֹ וְהַרְאִתָּנוֹ אָרְצָג מְרַעָּה
 כָּבֵד וְגַזּוֹל כִּי טָעַם וּרְוֵיחָ לְיַוְתָּחָן בְּלֹא
 לְבָב וּלְבָב עַל זָאָת אַשְׁוֹשָׁה כִּי אַרְאָה
 שָׁאָפָּק אֶל רַאֲשֵׁי תּוֹרָה וְאֶל יִקְרָא
 וּכְבוֹד הַרְבִּיסָּה לְזָאָת אַחֲרָ אַחֲרָ
 כִּי אָמָּה לְקוֹחָר וּקְבָּלָךְ מַעַלְלָה
 אֲשֶׁר בְּחַתְמָרָה. בְּקָרָת לְמַעַן
 חַחַש בְּאַרוֹתָךְ וּכְבוֹתָה אָמְנוּ עָרָמָא
 גָּם

ס וְגַאֲלָן אֲנוֹכִי אֶס אַיְלָן
אֲנִיסָךְ חֲרֵא בְּחַרְבָּנוֹתְן וְמַלְמָד
אַחֲרַנִּי הַתְּפִלְתָּה אַל יְחוֹזֵקְן
לְהִיאֵס כִּי יְעוֹזֵר לְךָ בְּשָׁקוֹרָעֵל
חָגֵל הַהוֹתָךְ לְמַמְלָכָתְךָ אַבְהָתָךְ
חוֹרָו וְלַעֲקָבָךְ רָב וְלַמּוֹלְדוֹרָךְ לְשָׁשָׂוָן
חַיְיָתְךָ וּרְבִיתָךָ אַמְּטָן בָּן יְעַשָּׂה וְהַוָּתָּה

זאת כתוב להוֹרָו רְלוּעָה לְסָמוֹן
אַהֲבָתוֹ חַמְפּוֹתָה

JOHANNES WELINUS

Boreæ Fennæ.

Ad
Fratrem Carissimum,

Nsita quod ratio Divini sit quo-
que cultus
Dum monstras, studium pro-
speret ipse Deus!

Prolixiori animi affectu quam
verborum apparatu appo-
suit

JAC. SALMENIUS.

Carmen Trochaicum.
Ecce cui benigniore spirat aura flamine
doctus arte docta dona mentis exprimit;
Amice Fautor hisce sedulus laboribus
Minervæ doctioris argumenta singulis:
Ipta Providens secundet! addat aura
præmium!

quod
Amice Adjecit
Tavassensis

And. Vnde

THE SALTMEERS.

~~India~~ A. scind.
andersoni